

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sacerdos y
cum fonte primo

Ingrediuntur electi sacerdotum
manibus expiati celestem patriam, et
sacerdotes Christi per uitam reprobam ad
infernī supplicia festinant.

Cui rei similes dixerim
sacerdotes malos, nisi aque baptismatis
que peccata baptizatorum diluens, illos
ad regnum celeste mittit et ipsa in
cloacas descendit?

Gregorius ibidem (in omelia XVII.).

Ingrediuntur electi, sacerdotum
manibus expiati, caelestem patriam, et
sacerdotes ipsi per uitam reprobam ad
infernī supplicia festinant.

Cui ergo rei, cui similes dixerim
sacerdotes malos, nisi aquae baptismatis,
quae peccata baptizatorum diluens, illos
ad regnum caeleste mittit, et ipsa in
cloacas descendit?

Gregorius Magnus, *Homiliae in
euangelia*, 1, 17, 18 (CCSL 141, R.
Étaix ed., pp.132-3, ll.414-419).